quemas, e de los omezillos, e de los adulterios, e de todos los otros maleficios que los hombres fazen, e de las penas, e de los escarmientos que merescen por razon dellos. E desta guisa se acaba la justicia complidamente: ca bien como los buenos merescen bien e gualardon por los bienes que fazen; e otrosi, los malos deuen recebir pena (10) por la su maldad. Onde quien quisiere para mientes en todas las siete partes partes deste nuestro Libro, fallara y todas las razones bien y complidamente que pertenescen para ayuntar amor de ome con Dios, que es por Fe, e por creencia: e otrosi de los omes vnos con otros por justicia e verdad.

(10) *Pena.* Adde *L. 1. in princip, ff. de just. & jur.* ibi bonos non solùm metu pœnarum, verum premiorum quoque exhortatione efficere cupientes.



AQUI

AQUI COMIENCA LA PRIMERA PARTIDA,

QUE FABLA DE TODAS LAS COSAS QUE pertenescen a la Fe Catholica, que faze al ome conoscer a Dios por creencia.

TITULO I.

Que fabla de las Leyes, e por quantas razones es este libro partido por titulos, e en que manera.

Seruicio de Dios, e a pro comunal de las gentes fazemos este libro, segun que mostramos en el comienço del. E partimoslo en siete partes, en la manera que diximos de suso: porque los que lo leyessen, fallassen ay todas las cosas cumplidas, e ciertas, para aprouecharse de ellas. E departimos cada vna partida por titulos, que quiere tanto dezir, como suma de las razones que son mostradas en el. E estas razones en que se muestran todas las cosas cumplidamente segun son, e el entendimiento que han, son llamadas Leyes. Mas porque las gentes latinas llaman leyes a las creencias que han los omes: e cuydarian algunos que estas de este libro no fablan de otra cosa, sino de aquello tan solamente. Porende Nos por sacarlos de esta dubda, queremosles fazer entender: Que leyes son estas. E en quantas maneras se departen. E porque han assi nombre. E quales son las virtudes, e fuerças de ellas. E de que lugares fueron tomadas, e sacadas. E quales dellas pertenescen a la creencia de nuestro Señor Jesu Christo. E quales pertenescen al gouernamiento de las gentes. E porque han nombre Leyes. E quales deuen ser en si mismas. E como deuen ser fechas. E a que tienen pro. E qual deue ser el fazedor dellas. E quien ha poder de las fazer. E como como se deuen entender. E quien las puede espaladinar, e fazer que las entiendan, quando alguna duda y ouiere. E en que manera las deuen obedecer. E como son tenudos de las guardar. E como se deue juzgar por ellas. E en que manera deuen ayuntar con estas las que fizieren de nueuo. E por quales razones non se pueden escusar los omes del juyzio de las Leyes, por dezir que non las saben. E quales son aquellos que pueden ser escusados de non recebir la pena que las leyes mandan, maguer non las sepan.

LEY I.

Que Leyes son estas.

ESTas leyes son establescimientos, (1) porque los omes sepan biuir bien, (2) e ordenadamente, segun el plazer de Dios: e otrosi segund con- *Ley 9. tit. 3. lib. 4. Rec.*

TITULUS I. DE LEGIBUS.

LEX I.

Statutæ sunt leges istæ, ut inter homines jus, & justitia seruetur. Hoc dicit.

(1) *Establescimientos.* Non ponitur hìc legis diffinitio, de qua *infra eodem L. 4.* sed ponuntur causæ quare conduntur leges, & concordat cum *L. 2. ff. eodem.*

(2) *Beuir bien.* Est enim lex omnium divinarum, & humanarum rerum notitia, regula justorum, & injustorum, præceptrix faciendorum, prohibitrix non faciendorum: ut *in dicta lege 2. ad fin.*

Ley 3. tit. 1. lib. 2. Recop.

conuiene a la buena vida (3) deste mundo, e a guardar la Fe de nuestro Señor Jesu Christo cumplidamente, assi como ella es. Otrosi como biuan los omes vnos con otros en derecho, e en justicia: segund adelante se muestra en las leyes, que fablan en cada vna destas razones. E las que señaladamente pertenescen a la creencia, segund ordenamiento de Santa Iglesia, pusimos en la primera partida deste libro. E las otras que fablan del mantenimiento de las gentes, son puestas en las seys partidas que se siguen despues.

LEY II.

Del derecho natural, e de las gentes.

IUs naturale en latin, tanto quiere dezir en romance, como derecho natural, que han en si los omes (1) naturalmente, e aun las otras animalias, que han sentido. Ca segund el mouimiento deste derecho, el masculo se ayunta con la fembra, a que Nos llamamos casamiento, (2) e por el crian los omes a sus fijos, e

(1) *A la buena vida.* Dicit Philosophus 9. *Ethicor.* quòd legalia justa dicimus factiva, & conservativa fœlicitatis, & particularium ipsius, politica communicatione.

LEX II.

Est jus naturale, quod est commune omnibus animantibus, est jus gentium, quod est commune omnibus hominibus. Hoc dicit.

(1) *En si los omes.* Describitur, seu diffinitur hic jus naturale, prout est commune homini cum brutis; & secundum hoc dicitur ea esse de jure naturali, quæ natura omnia animalia docuit, & isto modo ponitur etiam *in lege* 1. §. *jus naturale*, *ff. de just. & jur. & instit. de jure natur. gent. & civ. in princip.* & secundum hoc, jus naturale est, quòd est insitum animalibus à natura, id est divina dispositione, ut declarat Alber. *in dicto* §. *jus naturale*: sed secundum naturam, quam habet homo communem cum Angelis, scilicet rationabilitatem, sic diffinitur, jus naturale est quædam naturæ ratio, humanæ insita creaturæ, ad faciendum bonum, cavendumque contrarium, & isto modo ponitur *in cap. jus naturale*: prima distinctione, & primum præceptum leges naturæ, secundum hunc modum est, quod bonum est prosequendum, & faciendum, & malum vitandum; & super hoc fundantur omnia alia præcepta legis naturæ, ut videlicet omnia illa facienda, vel vitanda pertineant ad præcepta legis naturæ: quæque ratio practica naturaliter apprehendit esse bona humana, secundum S. Thomam 1, 2. *quæst.* 94. *artic.* 3.

(2) *Casamiento.* Consensus animorum non est de jure naturali, quia de eo non participant animalia bruta; sed motus ad coitum, & ipsa carnalis commixtio, benè sunt de jure naturali, cùm talis motus, & coitus fuerunt ante jus gentium, vel civile: & de stimulis, & instinctu naturæ præcesserunt, & de eo etiam animalia bruta participant, nec consideratur licitum ab illicito; nec per hoc potest dici, quòd jus naturale inducat ad peccatum; quia eo jure quilibet coitus maris, & fœminæ erat impunitus, & permissus: neque erat distinctio filiorum legitimorum, & spuriorum, ut *in authent. quibus modis natura. effic. sui*, §. *penult. & fin.* Posteà per alia jura fuerunt distincti coitus, & aliqui reputati liciti, alii illiciti, & licitus coitus appellatur matrimonium, ex quo liberi procreantur, & memoria parentum conservatur; sic Jacobus de Aret. quem sequitur Alberic. declarat *in dicto* §. *jus naturale*; & his dictis videtur etiam assensisse Baldum ibi: dicit tamen, quòd conjunctio illicita potest considerari dupliciter, uno modo quantum ad esse, alio modo quantum ad deformitatem esse. Primo modo, copula carnalis est de jure naturali; quia jus, & bonum convertuntur. Secundo modo, non est de jure naturali. Adverte etiam, quòd nos, non qualemcumque coitum maris, & fœminæ, matrimonium appellamus; sed illum qui hominibus licitus est secundum rationem, qua Deus dotavit hominem, mediante scilicet matrimonio; & istud est, quod vult ista litera, & *dict.* §. *jus naturale*, cum dicit: quam nos matrimonium appellamus, ut sit sensus, non quò ipsa maris, & fœminæ copula sit matrimonium. sed quòd sine matrimonio etiam de jure naturali nobis licita non sit; unde sequitur, nos ideo maris, & fœminæ conjunctionem, matrimonium appellare, eò quòd aliter quàm ex matrimonio nobis licita non sit; & idem vult S. Thom. 3. *part. cum tractat. de matrimonio, q.* 4. *artic.* 1. quòd matrimonium eo modo dicitur de jure naturali, quo natura ad illud inclinat, & mediante libero arbitrio completur; quia ratio naturalis ad ipsum inclinat dupliciter, quantum scilicet ad bonum prolis, non solùm in generatione, verùm etiam in procreatione, & disciplina, cùm secundum Philosophum, tria sunt, quæ à parentibus habemus, esse, scilicet, & nutrimentum, & disciplinam. Secundo, quoad secundarium finem matrimonii, qui est mutuum obsequium sibi à conjugibus in rebus domesticis impensum. Apparet ergo jure naturali hominibus illam tantùm copulam convenire: quæ ratione, & jure subsistat, qualis est conjugalis, ut eleganter tradit Fortu. *in dicto* §. *jus naturale*, & vult Joannes Lupi Segoviensis *in tractatu de matrimonio*, *col.* 5. hoc idem vult Joannes Fab. *in princip. instit. si quadru. paup. fec. dica.* dicens, quòd cum homo sit rationalis à natura, quidquid ratio dissuadet est sibi contra naturam. Cùm igitur naturalis ratio suadeat fœdus conjugii, & cæteros amplexus, dissuadeat, non dubium facere hominem contra naturam cæteros sectando, quos ratio naturalis abhorret; & dicit Sanctus Thomas *in* 4. *sententiarum*, *distinct.* 26. quòd matrimonium, prout est in officium generandi prolem, quæ erat necessaria, etiam peccato non extante, institutum fuit à Deo, etiam ante peccatum Adæ, ut patet *Genes.* 1. *v.* 22. Crescite, & multiplicamini, &c. Sed ut est remedium contra peccatum, institutum fuit post peccatum tempore legis naturæ. Secundùm verò determinationem personarum contrahentium, institutum fuit in lege Moysi. Secundùm verò quòd est Sacramentum repræsentans conjunctionem Christi, & Ecclesiæ, institutum est in nova lege, & secundùm hoc est Sacramentum novæ legis. Ex prædictis posset decidi quæstio, an inter Indos maris Occeani qui in sua infidelitate, & gentilitate accipiebant uxores, fuerit verum matrimonium; quia ut audivi in multis gentibus illarum Provinciarum, erat maxima ruditas, & ignorantia, & erant ut homines sylvestres, & sicut dicit Tullius *in primo rhetoricæ*, homines à principio sæculi sylvestres erant, & tunc nemo scivit proprias, neque certas nuptias, in quibus matrimonium consistit; & dicit S. Thom. 3. *part. quæst.* 41. *art.* 1. *supra relato in responso ad secundum*, quòd verbum Tullii potest esse verum quantum ad aliquam gentem: si tamen accipiatur principium proximum illius gentis, per quod ab aliis gentibus est distincta; ex quo videtur velle, quòd si in tali gente deficeret ratio naturalis, quæ inclinat ad matrimonium cum certa muliere, propter effectus supradictos non esse verum matrimonium, quod reputo difficile ad cognoscendum; quia regulariter in omnibus gentibus matrimonium producitur ad effectum, per id ad quod naturalis ratio inclinat: neque dictum Tullii est verum universaliter, cum dicit, de principio sæculi; quia Sacra Scriptura recitat fuisse conjugia à principio humani generis.

(3) e todas las animalias. (4) Otrosi ius gentium en latin, tanto quiere dezir, como derecho comunal de todas las gentes, (5) el qual conuiene a los omes, e no a las otras animalias. E este fue hallado con razon, e otrosi por fuerça, porque los omes non podrian bien biuir entresi en concordia, e en paz, si todos non vsassen del. Ca por tal derecho como este cada vn ome conosce lo suyo apartadamente: (6) e son departidos los campos, (7) e los terminos de las Villas: e otrosi son tenudos los omes de loar a Dios, (8) e obedescer a sus padres, e a sus madres, (9) e a su tierra, (10) que dizen en latin patria. Otrosi consiente este derecho que cada vno se pueda amparar (11) contra aquellos, que deshonrra o fuerça le quisieren fazer: e aun mas, que toda cosa que faga por amparamiento de fuerça que le quieran fazer contra su persona, que se entiende que lo faze con derecho. E de los mandamientos destas dos cosas, e destas dos maneras de derecho que de suso diximos, e de los otros grandes saberes, (12) sacamos, e ayuntamos todas las leyes deste nuestro libro, segun que las fallamos escriptas en los libros de los Sabios antiguos, poniendo cada ley en su lugar, segund el ordenamiento porque las fezimos.

LEY III.

Del departimiento de las Leyes.

COmo quier que las leyes sean vnas quanto en derecho, en dos maneras se departen quanto en razon. La vna es a pro de las almas, y la otra a pro de los cuerpos. La de las almas es, quanto en creencia. La de los cuerpos es, quanto en buena vida. E de cada vna destas diremos adelante como se deuen fazer. E por estas dos se gouierna todo el mundo: ca en estas yaze gualardon de los bienes (1) a cada vno segun deue auer, e escarmiento de los males. E el departimiento de los bienes es en tres maneras. La primera que cae en los mayores, assi como en los Señores, o en los padres, que cada vno de estos han-

Ley 3. tit. 1. lib. 2. Rec.

(3) *A sus fijos.* Non ergo pacto, vel consuetudine, potest istud jus educationis tolli, cum sit de jure naturali: *L. jura sanguinis*, *ff. de regul. jur.* §. *sed naturalia*, *instit. de jure nat. gent. & civi.* & licèt filius dissipet partem sibi ad alimenta assignatam, pater tenebitur educare, ut tradit Bald. *in dicto* §. *jus naturale*, *L.* 1. *ff. de just. & jur.* & Joan. Fab. *instit. eod. in fine principii*; & improbare videtur Ambros. nimis curiosam, nimisque solicitam liberorum educationem, *lib.* 5. *Hexaemeron. cap.* 13. cum postquam refert avis alcyonis naturam, & modum, quo in litore maris ponit ova sua, & fovet, quousque pullos educit, & teneros fœtus non latibulis abscondit, aut tectis: nec includit cavernis, sed nudo, & rigenti committit solo; nec defendit à frigore, sed divino fœtu, quòd magis cætera despiciat tutiores fore existimat: subdit B. Ambros. hæc verba: quis nostrorum parbulos suos non vestimentis tegat, tectisque abscondat, quis non claudat septis cubiculorum, quis non ita diligenter undique fenestras obstruat, ne qua aura possit penetrare? Meritò quos tam solicitè induimus, ac fovemus, exuimus eos clementiæ cœlestis involucro; hæc Ambros.

(4) *Todas las animalias.* Omnia animalia sunt docta naturaliter in quibusdam instinctibus, per quæ tendunt ad conservationem propriæ speciei, ut hic, & *in dicto* §. *jus naturale* habetur, & tradit Arist. 2. *de anima*: Bald. *in lege* 1. §. *hujus studii in princip. ff. de just. & jur.*

(5) *De todas las gentes.* Adde *L.* 1. §. *jus gentium, cum legibus sequentibus*, *ff. de just. & jur. & in* §. 1. *vers. quòd verò naturalis ratio*, *instit. de jure naturali*, *& in cap. jus gentium*, 1. *distinct.*

(6) *Apartadamente.* Distinctio dominiorum fuit de jure gentium, ut hic, & in juribus, de quibus sup. *L. ex hoc jure*, *ff. de just. & jur.* erat enim de jure naturali communis omnium possessio, *cap. jus naturale*, 1. *distinct.* & dicit B. Clemens *in epist.* 4. communis omnium usus, omnium quæ sunt in hoc mundo: omnibus esse hominibus debuit, sed per iniquitatem alius dixit hoc esse suum, alius istud, & sic inter mortales facta est divisio, ut tantùm dicit Innoc. *in cap. quod super his, de voto*, non fuit malum, imò bonum facere hanc divisionem, & appropriationem; quia naturale est, res communes negligi, & communio discordiam pariter: istud ergo jus gentium subsecutum post jus naturale, distinxit dominia, ita ut non consideremus usum tantùm, sed causam, ut dicit Bal. *in lege in rebus*, *col. penult. C. de jure dot.*

(7) *Departidos los campos.* Agris termini impositi, dicit *L. ex hoc jure*, *ff. de just. & jur.* & isti termini debent esse notabiles in distinctione provinciarum, & territoriorum, ut tradit Joan. Andr. *in cap. ex literis de probat.* & ut plurimum solent distingui per flumina: & dicit Paulus de Castr. *in dicta lege ex hoc jure*, *col. pen.* verbum notandum, quòd in dubio, si aliter non constaret, flumen videtur dividere: & vide quæ notat Archid. 13. *quæst.* 1. *in cap.* 1. *col.* 2.

(8) *Loar a Dios.* Adde *L.* 2. *& fin. tit.* 2. *part.* 2. *& quæ ibi dixi.*

(9) *Obedescer a sus padres, e a sus madres.* Adde *L. veluti*, *ff. de just. & jur. & quæ ibi* Alberic. & Lucæ 2. *dicitur*: Et erat subditus illis, ubi Ambros. Deferebat homini, deferebat ancillæ, deferebat simulato patri, & miraris si Deo detulit? Et paulò inferiùs, disce quòd parentibus tuis debeas, cum legis à patre filium, non voluntate, non opere, non tempore discrepare: & si personis duo, potestate unum sunt, & utique nullum ille pater cœlestis laborem generationis expertus est, tu matri debes pudoris injuriam, virginitatis dispendium, partus periculum, matri longa fastidia, longa discrimina, & cætera. Et quid si pater, & Princeps diversa jubeant cui sit parendum? Lucas de Pen. *in lege quicumque*, *C. de cohartа. lib.* 12. quòd patri, quando concurrunt in jùbendo: vide ibi.

(10) *A su tierra.* Adde *dict. L. veluti*, *ff. de justit. & ju.* & si concurrunt in idem Civitas alicujus, & res publica Imperii, sive Regni, plus, & prius civis tenetur suæ Civitati, quàm Imperio, sive Regno, secundum Lucam de Pen. per textum ibi, *in lege quicumque*, *C. de cohartа. lib.* 12.

(11) *Amparar.* Adde *L. ut vim*, *ff. de justitia*, *& jure*; & vide *L.* 2. *tit.* 8. *part.* 7. & quæ ibi dixi: & *in lege* 3. *tit.* 16. *part.* 2.

(12) *Grandes saberes sacamos.* Videas hìc unde sumptæ sunt istæ leges, & vide *infra eod. in lege* 6.

LEX III.

Legum quædam consulunt animarum saluti, quædam verò corporum, prout hìc describitur. Hoc dicit.

(1) *Gualardon de los bienes.* Premia debentur bene merentibus; ut hìc, & *in lege ut virtutum*, *C. de statuis, & imaginibus*; studia ipsa virtutum sine remuneratione torpescunt. Ambrosius super Lucam, *lib.* 5. *cap.* 6. & premium proponitur: ut spes commodi furetur laborem; & abscondat metum periculi. Idem Ambros. super Psalmum in principio.

han derecho de fazer bien de lo ſuyo : los padres a los fijos , o a los otros parientes por naturaleza del linaje : los Señores a ſus vaſſallos , o a los otros que ſon en ſu ſeñorio por el ſerticio que dellos reſciben. E el otro departimiento es en los yguales , aſsi como en los deſpoſorios , e en los caſamientos : ca el bien fazer de eſta manera tornaſe a pro de aquel que lo faze , en dos maneras. La vna, que le eſtà bien de lo fazer. La otra , que ſe torna todo a honra , e pro de ſi miſmo. E el tercero es en los menores , aſsi como en los fijos , o en los criados , o en los vaſſallos , o en los ſieruos : ca eſte bien fazer es otroſi con gran bondad , del que lo bien faze : e nacenle ende dos bienes que ſon muy nobles : el vno es grandeza , el otro es poderio : mas porque eſte departimiento de los bienes non podria al ome tener pro , ſi guardado non fueſſe , por eſſo ouo y meneſter temperamiento , aſsi como fazer bien do conuiene , e como , e quando , (2) e otroſi en ſaber refrenar el mal , e tollerlo , e eſcarmentarlo en los tiempos , e en las ſazones que es meneſter : catando los fechos (3) quales ſon, e quien los faze , e de que manera , e en quales lugares. E con eſtas dos coſas ſe endereça el mundo faziendo bien a los que bien fazen , e dando pena , e eſcarmiento a los que lo mereſcen. E Nos el Rey Don Alfonſo viendo que en los otros libros que llaman de derecho , dan eſcarmiento por los males que fazen , e no mereſcimiento por los bienes , (4) por eſſo tuuimos que era razon de mandar poner en eſte libro tambien gualardon como eſcarmiento.

LEY IIII.

Porque han nombre Leyes.

LEy tanto quiere dezir como leyenda (1) en que yaze enſeñamiento , e caſtigo eſcripto que liga , (2) e apremia la vida del hombre , que no faga mal , e mueſtra , e enſeña el bien que el hombre deue fazer , e vſar : e otroſi es dicha ley , porquè todos los mandamientos della deuen ſer leales , (3) e derechos, e complidos ſegun Dios , e ſegun juſticia. *Ley 3. tit. 1. lib. 2. Rec.* *Ley 2. idem.*

LEY V.

Quales ſon las virtudes de las Leyes.

LAs virtudes de las leyes ſon en ſiete maneras. (1) La primera es , creer. (2) La ſegunda , ordenar las coſas. La tercera , mandar.

(2) *Do conuiene , e como , e quando.* Nota tria , quæ debent atteſti in liberalitate, ſeu in beneficentia: & adde *L.* 18. & quæ ibi dixi *tit.* 5. 2. *part.* & ut dicit Ambroſius *lib.* 1. *de officiis , cap.* 30. Pulchrum eſt bene velle , & eo largiri conſilio, ut proſit, non ut noceas. Nam ſi luxurioſo ad luxuriæ effuſionem , adultero ad mercedem adulteri largiendum putes, non eſt beneficentia iſta, ubi nulla eſt benevolentia ; officere enim iſtud eſt non prodeſſe alteri , ſi largiaris ei , qui conſpiret adverſus patriam : qui congregare cupiat tuo ſumptu perditos : qui impugnent Eccleſiam : non eſt hæc probabilis liberalitas, ſi adjuves eum , qui adverſus viduam , & pupillos gravi decernit jurgio : aut vi aliqua poſſeſsiones eorum eripere conatur , & parùm inferiùs ſubdit ; deinde perfecta liberalitas fide , cauſa, loco , tempore commendatur, ut primum opereris circa domeſticos fidei; vide ibi, nam latè hoc proſequitur. Item etiam vide Eccleſiaſt. *cap.* 12. *v.* 1. ibi , ſi bene feceris, ſcito cui feceris , & erit gratia in bonis tuis multa.

(3) *Catando los fechos.* Adde *L. aut facta , ff. de pœnis , L.* 8. *tit.* 31. *part.* 7.

(4) *E no mereſcimiento por los bienes.* Imò in juribus antiquis hoc reperitur , ut patet *in lege* 1. §. *hujus ſtudii , ff. de juſtitia , & jur. L. ut virtutum , C. de ſtatuis . & imaginibus , L.* 1. *& per totum , C. ex quibus cauſis ſerv. pro premio liber. acci. L. quiſquis, in fine,C. ad legem Juliam majeſtatis , cap. jus militare , 1. diſtinct.* & in pleriſque aliis locis poteſt dici , quòd apertiùs hic in iſtis libris partitarum premia exponuntur , quàm in voluminibus juris communis , quod patet ex tota ſerie ſecundæ part. & ſignanter *in tit.* 27. *in lege* 2. *juncta ibi gloſſ.* 4. ubi ſpecialem titulum poſuit , & *ex lege* 51. *tit.* 18. *part.* 3. *& in multis aliis.*

LEX IIII.

Lex eſt caſtigatio , ſeu doctrina ſcripta , reprimens vitam hominis , ne malum faciat, & docens quæ ſunt facienda ; & dicitur lex, quia ejus præcepta debent eſſe legalia , & juſta. Hoc dicit.

(1) *Leyenda.* Ex iſto verbo , & cùm inferiùs dicit ſcripto , videtur hic probari, quòd de ſubſtantia legis ſit, quòd ſit ſcripta , cùm legere ſit oculis inſpicere , quæ ſcripta ſunt *lege* 1. §. *legi autem , ff. de his , quæ in teſtamento delen.* & licèt non fuerat repetitum aliud verbum , ſcilicet ſcripto , hoc ſufficiebat, quanto magis cum & ita exprimatur ; & concordat lex iſta in hoc cum *cap. lex eſt prima diſtinct.* ubi habetur , quòd lex eſt conſtitutio ſcripta. Doctores tamen communiter , prout atteſtatur Felinus *in rubrica de conſtitut. col.* 2. dicunt, quòd de eſſentia legis non ſit ſcriptura, & ſic quod poteſt probari per teſtes , per text. *in lege* 1. *verſic. per interlocutoriam , ff. de conſtitut. princip. & in cap.* 1. *conſuetud.* 1. *diſtinct. cap.* 1. *de jurejurand. in* 6. *in verbo non ſcripta; cap. ſi quis* 1. *quæſt.* 5. *cap. inſtitutis* 25. *quæſt.* 1. *clemen. dudum , de ſepult. cap.* 1. *de renunt. in* 6. Contrarium tamen imò , quòd de eſſentia legis ſit ſcriptura, refert tenere Alberic. *in lege de quibus , poſt gloſſ. ff. de legibus , & in lege humanum , C. eodem , & in prima parte ſtatutorum , quæſt.* 14. Salic. poſt Cynum *in dicta lege humanum* , ubi dicit hanc eſſe communem opinionem; tandem Felinus dicit primam opinionem fundari fortioribus juribus, declaranda tamen eſt ſecundum eum , ex verbis Bal. *in dicta lege humanum , ad finem* , quod aut quæritur , an ſcriptura ſit de forma ſubſtantiali legis ; & dicendum quòd non , an de forma accidentali i. ad inducendam obligationem , *ex lege et tunc requiritur ſcriptura*, quia ante ſcripturam lex non ligat, & ita jura concordantur ; & ſequitur iſta lex Iſidorum , *lib.* 5. *Etymolog. cap.* 3. cum dicit, lex à legendo vocata, quia ſcripta eſt.

(2) *Que liga.* Secundum hoc lex dicitur à ligo ligas, quia ligat vinculis , & præceptis , ſecundum Policr. refert Archi. *in cap. lex eſt* , 1. *diſtinct.*

(3) *Leales , e derechos.* Adde *cap. erit autem lex*, 4. *diſtinct.*

LEX V.

Legis virtus eſt , credere , ordinare , jubere, unire, premiare , vetare , punire. Hoc dicit.

(1) *En ſiete maneras.* Concordat *cum L. legis virtus, ff. eod. & cap. omnis autem lex* , 3. *diſtinct.* & iſta ſeptem reduci poſſunt ad quatuor , de quibus ibi , vide per Bal. *in rubric. C. de conditione ex lege , &c.* Hoſtienſ. *in ſumma , tit. de conſtit. verſic. quæ , & quot virtutes.*

(2) *Es creer.* Jubet enim lex , ſeu oſtendit , quæ ſunt credenda per fidem , *ut infra ead. part. tit.* 3.

dar. La quarta , ayuntar. (3) La quinta, galardonar. La ſeſta , vedar. La ſetena , eſcarmentar. Onde conuiene, quel que quiſiere leer las leyes deſte nueſtro libro que pare en ellas bien mientes : e que las eſcodriñe , e guiſa que las entienda : (4) ca ſi las bien entendiere , fallara todo eſto que diximos : e venirle han ende dos prouechos. El vno , que ſera mas entendido : el otro , que ſe aprouechara mucho dellas. E ſegund dixeron los Sabios, (5) el que lee las eſcripturas , e non las entiende , ſemeja que las deſprecia. E otroſi es atal, como el que ſueña la coſa , e quando deſpierta , non la falla en verdad.

LEY VI.

Onde fueron ſacadas eſtas Leyes.

TOmadas fueron eſtas leyes de dos coſas: la vna , de las palabras (1) de los Santos, que fablaron eſpiritualmente lo que conuiene a bondad del ome , e ſaluamiento de ſu alma. Lo otra , de los dichos de los Sabios (2) que moſtraron las coſas naturalmente : que es para ordenar los fechos del mundo , de como ſe fagan bien , e con razon. E el ayuntamiento deſtas dos maneras de leyes han tan gran virtud , que aduzen cumplido ayuntamiento al cuerpo , e al alma del ome. E por ende el que las bien ſabe , e entiende , es ome cumplido , conoſciendo lo que ha meneſter , para pro del alma , e del cuerpo. *Ley 1. tit. 1. lib. 2. Rec.*

LEY VII.

De las leyes que perteneſcen a la creencia de la Fe, e de las que perteneſcen al gouernamiento de las gentes.

A La creencia de nueſtro Señor Jeſu Chriſto perteneſcen las leyes que fablan de la Fe. Ca eſtas ayuntan al ome con Dios por amor : ca en creyendo bien en el , por derecho conuiene que le ame , e que le honrre, (1) e que le tema , amandolo por la bondad que en el ha : e otroſi por el bien que nos el faze. E hanlo de honrrar por la ſu gran nobleza , e por la ſu grand virtud. E temerle por el ſu grand poder , e por la ſu grand juſticia : e el que eſto fiziere non puede errar que non aya el amor de Dios cumplidamente. E al gouernamiento de las gentes perteneſcen las leyes que ayuntan (2) los coraçones de los omes por amor : e eſto es , derecho e razon : ca deſtas dos ſale la juſticia cumplida , que faze a los omes biuir cada vno como conuiene. E los que anſi biuen , non han porque ſe deſamar, mas porque ſe querer bien. Por ende las leyes que ſon derechas , fazen ayuntar la voluntad del vn ome con el otro deſta guiſa por amiſtad. *Ley 1. tit. 1. lib. 1. Recop.* *Ley 3. tit. 1. lib. 2. Rec.*

LEY VIII.

Quales deuen ſer las Leyes en ſi.

CUmplidas deuen ſer las leyes , e muy cuydadas , (1) e catadas , de guiſa que ſean con razon , (2) e ſobre coſas que puedan ſer ſe- *Ley 8. tit. 1. lib. 2. Recop.*

(3) *Ayuntar.* Pone exemplum in caſu *leg. penult. C. communia utriuſque judicii , &c. & L.* 1. *tit.* 5. 4. *part.* vel quando jubet lex coadunari homines ad Regis , & Regni defenſam : ut habetur 2. *part. tit.* 19. *ad L.* 3. *uſque in fine* , vel quando jubet inter diſſentientes poni treugam , vel pacem , *cap.* 1. 90. *diſt. & 7. part. tit.* 12. *per totum* , vel dic , quod dicit , ob id quod habetur *in leg.* 6. *& 7. infra eod.*

(4) *Que las entienda.* Vide *in lege* 13. *infra eodem, & L. ſcire leges , ff. eod.*

(5) *Los ſabios.* Legere, & non intelligere , eſt negligere ; & dicit Salic. *in lege ſi ex cautione , col. fin. C. de non numerata pecun.* ſileant qui ſcripta tantùm diſcurrunt, & propter frigiditatem ſtomachi in eis contenta non digerunt.

LEX VI.

Oſtendit unde leges iſtæ ſumptæ fuerunt , *& ſupra eodem L.* 2. Hoc dicit.

(1) *De las palabras de los Sanctos.* Dicta ergo Sanctorum habentur pro lege in deciſionibus cauſarum, adde *cap. de libellis* , 20. *diſtinct.* ubi gloſſ. & Doctor. & dixit ibi gloſſ. quòd ubi dictum alicujus Sancti juvatur authoritate Juris Divini , potiùs ei quàm conſtitutioni Summi Pontificis ſtandum eſt: dicit tamen Abb. referendo dict. gloſſ. *in cap. tua de decimis in* 3. *notabil.* quòd determinare hoc potiùs ſpectat ad Concilium generale, quàm ad privatam perſonam , allegat *cap.* 3. *juncto cap. placuit* 36. *quæſt.* 2.

(2) *De los ſabios.* Creditur peritis , ut hic , & *in lege ſeptimo menſe , ff. de ſtatu homin.* vides ergo hic , quòd leges iſtæ ſumptæ ſunt à Sacra Scriptura , & dictis Sanctorum , & dictis Sapientum legalis philoſophiæ ; & ſic à legibus Juriſconſultorum , & aliorum ſapientum.

LEX VII.

Ex fide in Deum procedit amor , & timor Dei. Ex legibus , quæ ad bonum gentium regimen factæ ſunt, juſtitia oritur , quæ rectè ; & decenter homines vivere facit , & invicem diligi. Hoc dicit.

(1) *Que le ame , e que le honre.* Vide de his 2. *part. tit.* 20. *per totum.*

(2) *Ayuntan.* Hæc eſt virtus legis , *ut ſupra eod. L.* 5.

LEX VIII.

Lex debet eſſe perfecta , & facta ſuper his quæ poſſunt occurrere , ſecundum communem naturam , boniſque vocabulis , & intelligibilibus , & planè compoſita; nec debent leges ad invicem contrariari. Hoc dicit.

(1) *Muy cuydadas.* Quia cùm leges inſtitutæ fuerint, non erit liberum judicare de ipſis , ſed oportebit judicare ſecundum ipſas : *cap. erit autem lex* , 4. *diſtinct.* & cum maturitate conſilii edi debent : *L. humanum , C. eod. & infra L. proxima.*

(2) *Con razon.* In dubio lex præſumitur rationabilis, niſi contrarium probetur , ſecundum Bal. *in lege quod verò , ff. de legibus* , allegat *cap. illa* 12. *diſtinct.* Si tamen eſt injuſta , & continet in ſe peccatum non remiſibile per ipſum Principem condentem, non eſt talis lex à ſubditis recipienda : *cap. erit autem , L.* 4. *diſtinct.* Ab. *in cap. ſignificavit , col.* 2. *de offic. ordin.* & dicit ſingulariter Joan. de Imol. *in repetitione , cap. fin. de præſcript. in primo notabil.* quòd ſi lex civilis nutriret peccatum veniale tantùm , non tenet , per id quod in ſimili dicitur de juramento nutritivo peccati venialis, quod non tenet per gloſſ. & Archid. *in cap. ſi aliquid* 22. *quæſt.* 4. refert , & ſequitur Felin. *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ , col.* 15. *verſ. limita* 2. *de conſtit.* & dicit gloſſ. *in cap. inter cætera* 16. *quæſt.* 3. quòd ſi lex eſt injuſta, numquam valet aliquo temporis curſu , & intentio legiſla-

toris

ſegund natura, (3) e las palabras dellas, que ſean buenas, e llanas e paladinas, (4) de manera que todo hombre las pueda entender e retener. E otroſi, an de ſer ſin eſcatima (5) e ſin punto: porque no puedan de el derecho ſacar razon tortizera, por ſu mal entendimiento: queriendo moſtrar la mentira, por verdad: o la, verdad por mentira: e que no ſean contrarias (6) las vnas de las otras.

LEY IX.

Como deuen ſer fechas las Leyes.

Ley 8. tit. 1. lib. 2. Recop. Ley 3. idem.

FEchas deuen ſer las leyes e complidas, ſegun diximos en la ley antes deſta. Otroſi, deue ſer mucho eſcogido (1) el derecho que en ellas fuere pueſto, antes que ſean moſtradas a las gentes. E quando deſta guiſa fueren fechas ſeran ſin yerro, e a ſeruicio de Dios, e a loor e honrra de los Señores que las mandaron fazer, e a pro e a bien de los que por ellas ſe ouieren a iuzgar. E otroſi, deuen guardar, que quando las fizieren, no aya ruydo, ni otra coſa que los eſtorue, o embargue: e que las fagan con conſejo de omes ſabidores, e entendidos, e leales, e ſin cobdicia. Ca eſtos atales ſabran conoſcer lo que conuiene al derecho e a la iuſticia, e a pro comunal (2) de todos.

LEY X.

Que prouecho viene de las Leyes.

Ley 3. tit. 1. lib. 2. Recop. Ley 1. tit. 1. lib. 2. Recop.

MVy grande es a marauilla el pro que aduzen las leyes a los omes: ca ellas mueſtran a conoſcer a Dios: e conoſciendole, ſabran en que manera lo deuen amar e temer. E otroſi, les mueſtra conoſcer ſus Señores e ſus Mayorales, e en que guiſa les deuen ſer obedientes e leales. Otroſi mueſtran, como los omes ſe amen vnos a otros, queriendo cada vno ſu derecho para el otro, guardandoſe de le non fazer, lo que no querria que fizieſſen a el. Ca en guardando bien eſtas coſas, biuen derechamente, e con folgura, (1) e en paz, e aprouechaſe cada vno de lo ſuyo, e a ſabor de ello, e enriqueſcen las gentes, e amuchiguaſſe el pueblo, e acreſcientaſe el Señorio, e refrenaſe la maldad, e creſce el bien. E por todas eſtas razones dan carrera al ome, por que aya bien en eſte mundo e en el otro.

LEY

---

toris ſemper debet ordinari ad bonum commune, ut tradit Bal. *in authent. habita, col. 3. C. ne filius pro patre*, ubi dicit verbum notabile, quòd propter inſigne maleficium etiam poteſt fieri ſtatutum contra delinquentem, poſt maleficium commiſſum, ut not. *in lege amiſtione, §. qui deficiunt, ff. de cap. dimi.* & hoc favore communis boni, quia exterminandi ſunt qui publicè obſunt. Item in juribus condendis, non ſolùm jura ſingulorum, & publica utilitas ſervanda ſunt, ſed etiam honeſtas eſt attendenda: *dict. cap. erit autem lex, L. collonus nulla*, & ibi notat Joan. de Plat. *C. de agricolis, & cenſitis, lib. 11.*

(1) *Segund natura.* Secundum naturalem rationem, dicit gloſſ. *in cap. erit autem lex.* Subtilitas namque rationis civilis, non poteſt abſorbere veritatem naturalis rationis: Bald. *in lege in rebus, col. 2. C. de jure dot.* hinc eſt, quòd ratio naturalis æquivalet legi, ut tradit Joan. de Plat. *in lege finali; C. de conſulibus, &c. lib. 12.* unde lege deficiente, allegari poteſt ratio naturalis: gloſſ. *in cap. conſuetudo, prima diſtinct.* & naturalis ratio numquam circumſcribitur loco; quia ipſa cum humano genere orta eſt: Bald. *in lege nemo. C. de ſentent. & interlocutionibus omnium judic.* optimus legis clypeus eſt ratio naturalis, Bald. *in lege unica, §. in primo, C. de caducis tollendis*: ubi & dixit, quòd quæ ſunt rationi naturali ſubnixa, debent perpetuò intacta cuſtodiri, & inter prætendentes ſupremam poteſtatem, non cadit alius arbiter, niſi ipſa ratio naturalis: Bald. *in princip. C. col. penult.* vel ideò dicit ſecundum naturam, quia contra jus naturæ non fit lex, §. *ſed naturalia, inſtit. de jure nat. gent. & civil.* nam diſpoſitio legis debet convenire diſpoſitioni naturali: Bald. *in lege acceptam, col. 2. C. de uſur.* non enim lex debet offendere naturam: *L. lege 12. tabularum, C. de legitimis hæred bus.*

(4) *Llanas e paladinas.* Adde *dict. cap. erit autem lex, & authent. de teſta. imperfe. col. 3.*

(5) *Sin eſcatima.* Ne quid per obſcuritatem incautum captione contineat, ut ſubjicit, & habetur *in dicto cap. erit autem lex*

(6) *Contrarias.* Adde *in 1. conſtitutione C. §. quibus*, ubi Bald.

LEX IX.

Lex condenda eſt cum conſilio proborum ſapientum, & ejus jus antequam publicetur, eſt diligenter ſcrutandum, ut evitato errore ejus conditor laudetur, & populus ad legis obedientiam magis teneatur. Hoc dicit.

(1) *Eſcogido.* Adde *L. 1. ff. eodem, & C. eodem, L. humanum.*

(2) *A pro comunal.* Lex debet ferri ad communem utilitatem, ut hìc, & *ff. eod. L. 1. & cap. erit autem lex, 4. diſtinct.* Non ergo ad privatam utilitatem condentis, *cap. cum omnes, de conſtitutione*, nec in odium certæ perſonæ, ſi odium ſit irrationale, ut tradit Bald. *in dicta lege 1.* & quantumcumque verbis generalis concipiatur, ſi probari poteſt aliquibus legitimis conjecturis, in odium certæ perſonæ ſpecialiter ſtatutum, poteſt appellari à tali iniquitate, ut tradit Bartol. *in lege omnes populi, col. 18. ff. de juſtitia, & jure.*

LEX X.

Legis bonitate oſtenditur notitia, amor, & timor Dei, dominique naturalis obedientia; & fidelitas, atque dilectio proximi: ut quod quis non vult fieri ſibi, alteri non faciat. Et ſervatis his, quieſcunt homines, proficiunt, ditantur, augetur populus, creſcit reſpublica, & malitia refrænatur. Hoc dicit. Concordat *lex prima, verſic. cum itaque, C. de veteri jure enucleando, &c.*

(1) *Con folgura.* Lex facit patrias habitare cautè, proprias facultates habere firmiſsimè, & juſtitia judicum frui, ut habetur etiam *in authent. ut judices ſine quoquo ſuffragio, §. itaque.* Legibus enim freti homines contra cuncta inimicorum jacula perſiſtere valent, *cap. 3. 11. diſtinct.* & ſecundum Caſiod. 3. *variar. lectionum*, qui ſine lege vult agere, cuncta diſponit Regna caſſare. Quid enim poteſt eſſe fœliciùs, quàm homines de ſolis legibus confidere, & caſus reliquos non timere? Jura publica certiſsima ſunt vitæ ſolatia, infirmorum auxilia, potentum fræna, arma unde ſecuritas venit, & conſcientia proficit.

LEY XI.

Qual deue ſer el fazedor de las Leyes.

Ley 3. tit. 1. lib. 2. Recop.

EL fazedor de las leyes deue amar à Dios e tenerle ante ſus ojos, quando las ficiere, porque ſean derechas (1) e complidas. E otroſi deue amar juſticia, e pro comunal (2) de todos. E deue ſer entendido para ſaber departir el derecho del tuerto, (3) e no deue auer verguença en mudar (4) e emendar ſus leyes, quando entendiere, o le moſtraren razon (5) por que deua fazer: que gran derecho es, que el que a los otros ha de endereçar, e enmendar quando erraren que lo ſepa hazer a ſi miſmo. (6)

LEY XII.

Quien ha poder de fazer Leyes.

Ley 3. tit. 1. lib. 2. Rec.

EMperador, o Rey puede fazer leyes ſobre las gentes de ſu Señorio, (1) e otro nin-

---

LEX XI.

Legis conditor debet amare Deum, & in ea condenda præ oculis eum habere, ut ſit perfecta, & juſta. Item debet juſtitiam, & bonum commune diligere, & ſcire bonum ab illicito ſeparare, nec pudeat eum, ſi injuſta ſibi videatur, corrigere.

(1) *Porque ſean derechas.* Quia væ eis qui condunt leges iniquas. *Eſaiæ cap. 10. v. 1.*

(2) *Pro comunal.* Adde *ſupra eod. l. 9.*

(3) *El derecho del tuerto.* Adde *L. 1. §. hujus ſtudii, ff. de juſtit. & jur.* ibi æquum ab iniquo ſeparantes, licitum ab illicito diſcernentes.

(4) *Mudar.* Adde *cap. non debet de conſanguinitate, & affinitat. & text. notab. in auct. de non alienand. aut permut. §. ut autem lex, colla. 1.* ibi: Quid enim erit ſtabile inter homines, & ita immobile, ut nullam patiatur mutationem? Cum omnis noſter ſtatus ſub perpetuo motu conſiſtat, & text. *in auctbent. quibus mod. nat. effi. leg. in prin. col. 5.* & ibi Bar. & text. *in auctbent. ut fratrum filii in princ. colla. 9.* vide etiam in proœmio *Clemen. & L. quod ad præſens, C. de muril. lib. 11.* & dicit Bald. *in lege unic. col. 2. C. de caduc. tollend.* Quærit ſæpè Papienſis antiſtes, cur leges una die ſtatuunt unum, alio die ſtatuunt aliud oppoſitum. Sed huic quæſtioni reſpondet hæc lex, quòd ſicut aliud eſt juſtum tempore guerræ, quod eſt injuſtum tempore pacis; ita illud eſt juſtum, quod cuilibet in tempore ſuo expedit: nam ſicut medicus obſervat tempora, ita juriſperitus, & non ſemper eadem res omni tempore eſt virtus, ut tradit beatus Gregorius 28. *lib. moral. cap. 14.*

(5) *Razon.* Non enim debet legiſlator facilis eſſe in mutando leges: imò debet potius aliquod inconveniens (dum non ſit nimis magnum) tolerare, quàm leges mutare: quia ex hoc aſſueſcunt homines, ut non æquo animo ferant leges, ſed moliantur ipſarum frequentem mutationem: quòd non modicum detrimentum infert reipublicæ, ut tradit philoſophus *ſecundo Politicorum*, & refert Præpoſ. Alexand. *in cap. erit autem lex 4. diſtin.*

(6) *Aſsi miſmo.* Adde *capitulum qualiter, & quando 1. de accuſat. & ibi gloſſ.*

LEX XII.

Imperator, aut Rex in dominio ſuo, vel alius ejus mandato, poteſt legem condere ſuper temporalibus. Hoc dicit.

(1) *Sobre las gentes de ſu ſeñorio.* Ex hoc verbo videtur, quòd loquatur iſta lex in lege generali ad totum regnum, quàm nullus alius, Rege excepto, condere poteſt, ut hic *& in lege final. ad finem C. de legibus.* Si tameu ſint ſtatuta particularia Locorum, Villarum, & Civitatum Regni, non tollit illa hæc lex. Remanebunt ergò in diſpoſitione juris communis, ſecundùm quod per multas leges permittitur populis condere ſtatuta. *L. omnes populi, ff. de juſtitia, & jur. L. 1. C. de eman. liber. L. Antiochienſium, ff. de privileg. credito. L. prohibere, §. plane, ff. quod vi, aut clam. L. ut gradatim, §. 1. ff. de mun. & bono. L. item eorum circa principium, ff. quòd cujuſque univerſitatis, & de pace Conſtantiæ in verbo ſecundùm leges, & mores civitatum, cap. jus civile prima diſtinct. cap. venientes de jureju.* facit bene. *L. penult. tit. l. 1. 2. part.* ubi habetur quòd Duces, Comites, Marchiones, ſeu cæteri domini non poſſint in eorum terris legem condere ſine conſenſu populi: à contrario ergò ſenſu interveniente conſenſu populi, permittit illa lex, quòd poſſint: & ut ibi dixi, tunc validatur ſtatutum, ſeu factum à populo, non à Duce, vel Comite, & tantùm intervenit dominus, ut magiſtratus auctoritatem præſtans: ut declarat Albericus *in dicta leg. omnes populi, col. 9. in principio, verſic. quid ergo dicemus.* Ubi dicit, quòd ſuperior debet populum, ſeu ejus conſiliarios, ad hoc ſolemniter convocare, & propoſitionem facere de lege condenda, *ut in §. lex, & §. plebiſcitum, inſtit. de jure natur. L. 2. C. de Decurio, libro 10.* & iſto modo intelligit opinionem illorum, qui dicunt, quòd in ſtatutis populi requiratur auctoritas ſuperioris, & quòd populi etiam juriſdictione carentes, poſſunt condere ſtatuta, eſt magis communis opinio Legiſtarum, & Canoniſtarum *in dicta leg. omnes populi, & in cap. quòd Clericis*, ubi Abb. *col. final. de foro competent.* Alexand. *in leg. 1. col. 3. ff. de juriſdict. omn. jud.* Jaſ. *in dicta leg. omnes populi, col. 10. adducent.* Bald. *in Rubrica de conſtit.* ubi tenet, quòd in ſtatuto, vel in ordinatione populi non requiritur conſenſus Principis; ſed ſufficit auctoritas proprii magiſtratus, & licentia generalis, quam habent per dictam legem omnes populi, ſive conſtitutio concernat juriſdictionem, ſive non, ubi Jaſ. & alios refert. vide ibi per eum hæc limitantem: niſi reſpectu pœnæ quam dicit civitates, vel caſtra, ſi careant juriſdictione, non poſſe apponere, ſecundùm Innocent. *in cap. cum acceſsiſſent, de conſtit.* Anto. & alios *in cap. cum omnes in fine, eod. tit.* Angel. *in lege 1. in principio, ff. ſi quis jus dicenti non obtemper.* Quod tamen ſublimitat tribus modis: videlicet, niſi haberent poteſtatem ſtatuendi ab habenti juriſdictionem, vel ſi carentes juriſdictione, obligarent ſe ad invicem, ſub pœna ad obſervantiam ſtatuti, vel niſi ex conſuetudine haberent poteſtatem apponendi pœnam; cui adde in hoc Joan. de Pla. *in leg. 1. C. de uſu fiſcal. lib. 10. col. 2.* ubi dicit: Quòd licèt villæ, & caſtra habeant, ut poſſint facere ſtatuta; non tamen poſſunt facere ſtatuta pœnalia, niſi habeant ex conſuetudine, quæ habetur pro ſpeciali privilegio, *cap. ſuper quibuſdam de verbor. ſignific. §. præterea, & L. viros, C. de diver. offic. libr. 12.* Secundò limita iſtam magis communem concluſionem, quandò ſtatuta populorum fierent ſuper concernentibus adminiſtrationem rerum ſuarum: ſecus eſſet, ſi ſtatuerent in pertinentibus ad deciſionem cauſarum, ſecundùm Bar: *in lege omnes popul. 1. quæſt.* & bene confert, quod notat Abbas *in cap. 1. col. penult. de his quæ fiunt à major. parte cap. poſt geoſſ.* ibi, quòd capitulum poteſt ſtatuere etiam ſine Epiſcopo in his dumaxat, quæ concernunt facta ipſius capituli: aliàs non valet ſtatutum ſine conſenſu prælati, & adde ad hoc, quod habetur in volumine Pragmaticarum *ſub Capitulis correctorum, capit. 16.* ibi: *E ſi vieren que algunas ordenanças ſe deuen deſfazer, o enmendar, las faran de nueuo, con acuerdo del regimiento, mirando mucho à las que tocaren a la election de los oficios, para que ſe elijan juſtamente ſin parcialidad, aſsi miſmo las que conciernen al bien comun, aſsi en que los meneſtrales e otros oficiales oſen de ſus oficios bien e fielmente, ſin fraude alguno, como en que la tierra ſea bien baſtecida de carnes, e peſcados, e otros mantenimientos a razonables precios, e que las calles e carreras e carnecerias eſten limpias, e que las ſalidas del lugar eſten aſsi limpias, e deſoccupadas:*

ninguno (2) no ha poder de las fazer en lo temporal : fueras ende , si lo fiziessen con otorgamiento dellos. E las que de otra manera fueren fechas , no han nombre ni fuerça de leyes , ni deuen valer en ningun tiempo.

LEY

das : e las ordenanças que ansi enmendaren , o de nuevo bizieren , embien a nos el trasladо de ellas , para que nos las mandemos veer e proueer sobre ello.

Retuli in specie ista verba : quia conferunt multum ad cognoscendum ea , quæ concernunt administrationem rerum publicarum : & quia vult illa lex ut Princeps adeatur pro confirmatione talium statutorum , vel saltem ut videat , an sint ibi aliqua , quæ sint reprobanda , & non servanda. Et isto modo videtur , quod debeat intelligi. *L.* 13. *titulo* 1. *libro* 7. *Ordinamenti rega.* quæ jubet ordinamenta civitatis , & populorum servari. Quod autem, quando Princeps est præsens in civitate , ejus auctoritas requiratur in statuto , tenet Bald. *in leg. humanum, C. eodem.* Et licèt Principis auctoritas , seu confirmatio statuti interveniat , universitas quæ fecit statutum , posset collegialiter contravenire inconsulto Principe , secundùm Abbatem *in capit. dilecto, column.* 2. *de præbendis.* Et prædictis adde , quod habetur in Curriis de Valladolid. Anno Domini 1537. petitione 28.

Tertiò , limita istam conclusionem , dummodo populus non statuat contra leges juris communis Regni, nam super talibus statuere non potest , secundùm Jacobum de Are. *in dicta leg. omnes populi* : quia si par in parem non potest statuere , multo minus inferior contra legem superioris , *cap. cum inferior. de major. & obe. L. nam & magistratus , ff. de arbi.* licèt Albericus *ibid. column.* 2. teneat contrarium , & male judicio meo ; quia tale dictum est enervare , & tolere regiam potestatem , & regiis legibus non obedire : nec est verisimile per legem. Omnes populi talem potestatem Imperatorem dedisse populis, quia redundaret in contemptum suarum legum: quod & non potuit negare Albericus *in dicta leg. omnes populi, column.* 6. ubi dicit , se hoc fateri : sed dicit , quòd Imperator habet frenum in manu, & potest *dictam leg. omnes populi* , & omnia statuta populorum revocare una lege levissima. Certe rectius diceretur , quod generalitas legis, omnes populi restringatur ad ea , quæ non sunt contra leges Imperatoris : ex quo lex illa pati potest talem sensum , & concordari cum jure communi. Ad hoc *L. formam , C. de officio Præfecti Prætor. & Clement. ne Romani, de electione* , & præmaximè in istis regnis, ubi non invenitur per istas leges Partitarum , nec per alias leges regni ita indistinctè approbata dispositio *dictæ leg. omnes populi,* neque permissa populis potestas : de qua ibi. nisi eo modo quo dictum est superius , *& infra titulo* 1. *L.* 9. & facit quod eleganter dixit Angel. *in leg. Imperium , columna* 2. *ff. de jurisdiction. omnium judic.* quòd condere legem , est de supremo Imperio , quod soli Principi competit ; & si Princeps concederet populis , quòd statuant contra suas leges, esset concessio contra supremam potestatem, quod neque Princeps posset. Bald. *in lege* 1. *versiculo in initio, columna penult. ff. de offic. Præfecti urbis* , & in specie Lucas de Penna *in lege contra publicam , column.* 4. *&* 5. *C. de re militari , lib.* 12. Neque obstat, si dicatur , quòd sicut populus potest inducere consuetudinem contra legem Principis , sic & possit statuere , *ut L. de quibus , ff. de legibus* : nam ad hoc respondetur *ex L.* 5. *infra titul.* 1. ubi habetur , quòd talis consuetudo debet roborari ex consensu Regis , aliàs non procederet ; & vide juxta hoc quæ notat Bart. *in dicta leg. omnes populi in* 3. *quæstione princip.*

(2) *Otro ninguno.* Non ergo Duces, Marchiones, Comites , nec cæteri Magistratus inferiores à Principe , ut & habetur *in lege penult. tit.* 1. 2. *part.* ubi de hoc dixi aliquid , remittens me ad hìc dicenda : nam Bart. *in dicta lege omnes populi , in* 4. *quæstione primæ quæstionis principalis* , vult majores Magistratus, saltem perpetuos posse condere statuta , & *in lege* 5. *in princip. ff. de verborum obligation.* dixit , actiones descendentes ex istorum statutis esse annales , licèt statuta sint perpetua : idem de validitate istorum statutorum tenet Bart. *in lege* 1. *in princip. , ff. quod quisque juri.* Petrus de Anchar. *in cap. canonum statuta , de constit.* Alexandr. *consil.* 124. incipit , *super primo quæsito , versic. quantum autem* , 4. *vol.* Decius *consil.* 199. *col.* 2. ubi de statuto dominorum, quòd pro qualibet bestia , quæ ingrederetur fundum dominorum , solverentur tot libræ ; Magistratus ergo sublimiores , ut Præfectus Prætorio possunt condere leges: *L. formam , C. de offic. Præfect. Prætor.* item alii inferiores, si sint perpetui jure proprietatis , ut Comites , & Barones , ut *in tit. de statut. & consuetud. contra libert. Eccles.* de Episcopis etiam habetur *in cap.* 1. *de majo. & obed. & in cap. ut animarum , de constitut. in* 6. item Magistratus temporales ad tempus officii eorum possunt legem condere super spectantibus ad suum officium , justa causa suadente, ut dicit Bart. *ubi supra,* Angel. etiam *in dicta lege* 1. *in princip.* unde officialis deputatus super victualibus , & abundantia , si subest suspitio carestiæ , propter excessivam abundantiam aquarum, poterit statuere secundum eum , ut deferentes sint salvi in ære , & in persona , & similia , non tamen isti Magistratus etiam perpetui , & jure proprietatis , poterunt statuere contra jus , secundum Bald. *in dicta lege omnes populi , col.* 5. *vers. sed hic dubitatur* , & videtur expressum *in dicta lege formam.* Alexand. *in lege nemo potest , col.* 1. *ff. de legat.* 1. & dixit Abb. *in cap. quod super his , de major. & obed.* quòd nec in Synodo Episcopus potest statuere contra canones. Adde etiam Socin. *consil.* 272. non sequendo ordinem quæstionum , 2. *vol.* & quod dicit Bald. *in lege programma , C. commin. vel epist.* ubi notanter dixit , quòd pœnas capitales , & exterminales , aliter quàm jura communia dictant , non possunt Magistratus imponere per eorum statuta ; & ibi tradit , quòd numquam invenies , quòd Prætor fecerit aliquod edictum de pœna capitali : adde etiam Abb. *in cap. cum dilectus, super gloss. in aerbo constitutum, de consuetudine* , ubi hoc limitat post gloss. quando jus commune jam est productum in esse , & per illud est alteri jus quæsitum : secus ubi alteri non est jus quæsitum, unde poterit Prælatus in fundatione Ecclesiæ statuere, ut illa Ecclesia eligat sibi Prælatum de aliena Ecclesia , vel quid simile. Vide etiam Abb. ad prædicta *in cap. quia propter , in princip. col.* 5. *de election.* nec Legatus Papæ potest statuere contra canones , & jura generalia, ut tradit Innoc. & Abb. post eum , *in cap. nemini de offic. legat.* Adde etiam Joan. Andr. *in cap. fin. de offic. Arch.* Et fortè potest dici , quòd & de jure communi Magistratus etiam perpetui , non habent potestatem condendi legem generalem, vel specialem, cum hoc Principi competat : ut hic habetur , & dictum est supra , & hoc idem voluit Jacob. Butr. *in lege* 1. *ff. quod quisque juris,* & Petrus de Ancha. *ubi supra.* Statuta tamen ad ornatum loci , vel commodum personarum non repugnantia juri communi, seu legibus Regni posset unà cum populo, ut dixi in gloss. præcedenti , vel etiam fine populo in spectantibus ad jurisdictionem suam , ac executionem officii: ut tradit Bartol. *ubi supra* ; & ita leges istarum Partitarum reducentur ad terminos juris communis.

De Collegiis verò , & Universitatibus , an possint condere statuta , tradit Bart. *in dicta lege omnes populi, in secunda quæstione prima quæstionis principalis* , ubi & Bald. *column.* 4. idem Bald. *in lege fin. C. de jurisdict. omn. judic.* Abbas de Universitate Scholarium , *in cap. quæ in Ecclesiarum , col.* 1. *de constitut.* statuta tamen municipiorum debent approbari per commune Civitatis: Bald. *in dicta lege omnes populi , col.* 2. & videas quæ tradit Decius *consil.* 17. *incipit , viso puncto.*

LEY XIII.

Como se deuen entender las Leyes.

Ley 3. tit. 1. lib. 2. Rec.

ENtenderse deuen las leyes bien , e derechamente , tomando siempre verdadero entendimiento dellas a la mas sana parte (1) e mas prouechosa, segund las palabras que y fueren puestas. E por esta razon no se deuen escreuir por abreuiaduras , (2) mas por palabras cumplidas : e por ende dixeron los Sabios, (3) que el saber de las leyes non es tan solamente en aprender e decorar las letras dellas , mas el verdadero entendimiento dellas.

LEY XIIII.

Quien puede declarar las Leyes , si en duda vinieren.

Ley 3. tit. 1. lib. 2. Rec.

DVbdosas seyendo las leyes por yerro de escriptura , o por mal entendimiento del que las leyesse : porque deuiessen de ser bien espaladinadas , e fazer entender la verdad de ellas ; esto non puede ser por otro fecho , sino por aquel que las fizo , (1) o por otro que sea en su logar , que aya poder de las fazer de nuevo , e guardar aquellas fechas.

LEY XV.

Como deuen obedescer las Leyes , y judgarse por ellas.

Ley 3. tit. 1. lib. 2. Rec.

TOdos aquellos que son del Señorio (1) del fazedor de las leyes , sobre que las el pone , son tenudos de las obedescer e guardar , e juzgarse por ellas , e no por otro escrito de otra ley (2) fecha en ninguna manera : e el que la ley faze , es tenudo de la fazer complir. (3) E esso mismo dezimos de los otros que fueren de otro Señorio , que fiziessen el pleyto , o postura , o yerro (4) en la tier-

LEX XIII.

Intelligi debet lex benè , & rectè in saniori, & meliori sensu , secundum ejus verba, nec debet per abbreviaturas scribi. Hoc dicit.

(1) *A la mas sana parte.* Adde *L. benignius , & L. in ambigua , ff. eod.* ubi Bald. exemplificat , si constitutio dicat : si quis rapuerit mulierem capite puniatur , modò vir de lupanari rapit uxorem,vel sponsam alicujus, quòd iste non debet capite puniri , quia esset intellectus vitiosus: videas ibi etiam exempla per gloss. & Alber. & facit ad dictum testis , ut benignè interpretetur , & non calumietur, facit de testibus *cap. cum clamor* : item, quòd intellectus judicis fiebet esse benignus.

(2) *Por abreuiaduras.* Lex debet scribi apertè, & clarè , ut hìc , & *in lege* 8. *supra eod. & C. de codice novo faciendo ; & in authent. de testam. imperfect.* §. *nos igitur* , & sumptum est quod hìc dicitur ex proœmio Digestorum , *in* §. *illud* , ubi pœna imponitur his, qui libros legum scribunt per signa , vel compendium , & textum illum allegat Bal. *in lege si prædium , col.* 1. *C. de adil. actio.* contra scribentes corruptè libros legum: adde etiam *L.* 2. *ad fin. C. de veter. jur. enucle.*

(3) *Los sabios. ff. eod. L. scire leges* , scientia consistit in medulla rationis , non in cortice scripturarum, ut hìc , & *in dicta lege scire leges* , ubi Bald. & 1. *quæst.* 2. *cap. Marchion. cap. intelligentia , de verbor. signific.*

LEX XIIII.

Nullus nisi conditor potest legis dubiũ declarare. Hoc d.

(1) *Por aquel que las fizo.* Adde *L. fin. C. eodem.* Omnes ergo qui condunt leges, possunt eas interpretari, ut notat Azo. *C. eodem in summa,* consuetudo etiam interpretatur leges , *L. de interpretatione , & L. minimè, ff. eodem* : judex etiam interpretatur legem in causa de qua cognoscit , sive dubitetur de verbis legis , qualiter sunt intelligenda , sive de casu qui non est comprehensus in primis legibus : *L. scire leges , & L. non possunt, ff. eodem*: Doctor etiam interpretatur leges : *L.* 1. *C. de profess. in urbe Constan. lib.* 10. licèt illius interpretatio non sit necessaria . sed probabilis; nam nemo est additus jurare in verba magistri dicit Azo. *ubi supra.* Nec secundum Azo. his contrariatur , *L.* 1. *nec L. fin. C. eod.* ubi habetur soli Principi licere.Nam intelligitur,ut interpretatio sit generalis, & necessaria, & in scriptis redigenda; item judicis interpretatio , licèt sit necessaria , & in scriptis redigenda , non tamen est generalis, neque præjudicat aliis: *LL.* 1.*&* 2.*C. quibus res judic. non no. L.nemo, C. de sententiis* , & adde in his gloss. & Doct. *in dicta lege* 1. *C. eodem* ; & quæ notat Abbas *in cap.* 1. *col.fin. de constit.* ubi declarat quo modo intelligantur jura, quæ dicunt: ejus interpretari , cujus est condere , *cap. inter alia , de sent. excom. L. cum de novo , ff. de legibus*; nam dicit procedere , quando judex est ita dubius , quòd nescit quid faciat , quia nec consuetudine est interpretatum , nec apparet de benigniori intellectu , nec potest procedere de similibus ad similia ; quia non reperitur ita simile , unde judex est dubius , tunc recurrendum est ad Principem : vide ibi per eum , ubi & quid si dubium est positum in opinionibus Doctorum , & non est communis opinio, vel illa sit evidenter falsa, vel posit convinci probabilibus rationibus; videas ibi per eum, & adde ad istam legem Regis Alphonsi *in curiis de Alcala,* quæ est inserta *in ordinationibus Taurinis.*

LEX XV.

Subditi conditoris legum ligantur ejus legibus. Item & non subditi ratione contractus , vel delicti in ejus territorio facti , ipse tamen conditor eis non ligatur , sed benefacit sis secundum eas vivat. Hoc dicit.

(1) *Del señorio.* Adde *L. cunctos populos* , & ibi gloss. & Doctores , *C. de summa Trinit. & fide Catholic. & L. leges sacratissimæ , C. de legibus , & eod. tit. L.* 2.

(2) *De otra ley.* Vides hìc , quòd per alias leges non potest judicari in istis Regnis : & sic non per leges Imperatorum , seu alias leges juris communis : vide quæ dixi *in lege 6. tit.* 4. *part.* 3.

(3) *Es tenudo de la fazer complir.* Quia parum esset jura condere , nisi sint ministri qui ea exequantur : *L.* 2. §. *post originem , ff. de origine juris , cap. ubi periculum,* §. *præterea , de elect. in* 6. *cap. unico* , §. *quoniam , de statut. reg. eod. lib.*

(4) *Postura , o yerro.* Contrahentes , aut delinquentes ligantur legibus, & statutis illius Regni, vel loci, ubi contrahunt, vel delinquunt, ut hìc, & *in lege si fundus , ff. de eviction. & in authent. quæ in Provincia, C. ubi de cri. agi oport. L. sacularii* , §. 1. *ff. de extra. cri.* & tradit gloss. *in cap. a nobis , de sentent. excom. cap.fin. de foro compet.* Et quia materia ista est diffusa , & habet plurimas quæstiones , recurrendum est ad plenè tradita per Bart. Bal. Alber. Salic. Jas. *in dicta lege cunctos populos , C. de summa Trinit. & Fide Catholic.* ubi latissimè tractatur , tam circa delicta , quàm circa contractus , & ultimas voluntates : & vide quæ dixi *in lege* 24. *tit.* 11. *partit.* 5. Quid autem , si civis Salmanticensis habeat possessiones in territorio civitatis Segobiæ , & Segobiæ fiat statutum , quòd frumentum extra districtum non posit exportari , an ligabitur statuto talis forensis , qui ibi habebat possessiones? Alberic. *in dicta lege* 1. *col.* 6. refert Oldrald. tenuisse , quòd non , per *legem munerum* , §. *præterea , ff. de mune. & bono. juncta lege* 1. *ff. ad municipal.* nec obstare *L. si pendentes , si quid cloacarii , ff. de usufruct.* ibi : Nam solent possessores certam partem fruc-

tierra do se juzgasse por las leyes : ca maguer sean de otro lugar non pueden ser escusados de estar a mandamiento dellas , pues que el yerro fiziessen , onde ellas han poder: e aunque sean de otro Señorio , non pueden ser escusados de se juzgar por las leyes de aquel Señorio , en cuya tierra ouiessen fecho alguna destas cosas. E si por auentura ellos fuessen rebeldes que non lo quisiessen fazer de su voluntad , los Juezes e las Justicias los deuen constreñir por premia que lo fagan , assi como las leyes deste nuestro libro mandan. Otrosi dezimos que esta bien al fazedor de las leyes en querer beuir segund las leyes , como quier que por premia non sea tenudo de lo fazer.

LEY XVI

Como son todos tenudos de guardar las Leyes.

GUardar deue el Rey (1) las leyes como a su honrra e a su fechura , porque recibe poder e razon para fazer justicia. Ca si el no las guardasse , vernia contra su fecho, desatarlas y a , (2) e venirle y an ende dos daños : el vno , en desatar tan buena cosa como esta que ouiesse fecho : el otro que se tornaria a daño comunal del pueblo , e abiltaria a si mismo , e semejarse y a por de mal seso , e serian sus mandamientos e sus leyes menospreciadas. (3) E otrosi , las deue guardar el pueblo , (4) como à su vida e a su pro : porque por ellas biuen en paz , e resciben plazer e prouecho de lo que an. E si lo ansi no fiziessen , mostrarian que no querian obedescer mandamiento de Dios , ni del Señor temporal , e yrian contra ellos , e meterse y an en carrera de muerte , (5) por tres razones. La primera , por desmandamiento. La segunda , por osadia. La tercera , por maldad, mostrandose por malos , que les plazia mas el mal que el bien. E por estas razones sobredichas son los Reyes tenudos de las guardar , e todos los otros de la tierra comunalmente. E desto ninguno puede ser escusado por razon de creencia , (6) ni de linage , ni de poder, (7) ni de honrra , ni aun por demostrarse por vil (8) en su vida o en sus fechos. Ca pues que y es lo que tañe a loor de Dios e acrescentamiento de la Fe ; e otrosi , lo que tañe a los Reyes e a los otros grandes Señores , en como deuen fazer para endereçar su Señorio ; e otrosi tambien los de la tierra , cuyo es el pro comunal , e que cada vno rescibe su parte de el , ninguno no puede ser escusado de las non obedecer e las guardar : ca los que non lo fiziessen , errarian contra el fecho de Dios e de los Señores temporales : e seria a daño de si mismos , e de la tierra , onde fuessen naturales , o moradores , e por derecho caerian en tres penas. En la de Dios , en la del Señor natural , e en la del fuero de la tierra.

Ley 3. tit. 1. lib. 2. Rec.
Aut 1. tit. 1. lib. 2. Rec.

fructuum municipio viliori pretio adjicere ; quia ibi non dicitur , quòd possessor esset forensis , refert tamen Albret. *ubi supra* , Innoc. tenere oppositum *in cap. postulasti , de foro compet.* Quòd sub verbo fortè dicit Alber. esse veriùs ; & quòd ad §. *præterea* potest responderi , quòd ibi non dicitur , quòd civitas non possit imponere legem rebus , quæ sunt in suo territorio ; sed dicitur , quòd certæ civitates habent ex privilegio , ut pro possessionibus , quas alii possident in earum territorio, possessores præstent certam quantitatem frumenti: videas de ista quæstione per Cinum , *in lege 1. C. quæ sit longa consuetudo* : & cum de jure Regni interdictum sit populis prohibere istam extractionem frumenti à suis territoriis , & permittatur per Regnum liberè exportari , ut *in legibus 2. & 3. tit. 9. lib. 6. ordinam. regii.* Procedet quæstio in casu , quo frumentum est necessarium pro civibus , quo casu licitè prohiberi posset asportatio , ut *in lege si quis per divinam* , & ibi Joan. de Plat. *C. de aquæduct. lib. 11.* Et si ista extractio fieret , quia dominus possessionum velit alibi in Regno vendere , non posset , & subjiceretur statuto ; quia potiùs teneretur vendere civibus justo pretio , quàm alii, per id quod notat Bar. argum. illius legis, *in lege 1. C. de metall. lib. 11. L. venditor , §. si constat , ff. commun. præd.* Si tamen dominus vellit pro suo victu asportare , tunc fortè posset , argum. *L. præses , C. de servit.* & quod habetur *in dicto §. constat* : & quia cum fructus sint jam à solo separati , non judicantur pars rei , ut procedat quod statutum teneat ratione rei sitæ in territorio , argum. *L. defuncta , ff. de usufruct. & in lege fructus pendentes , ff. de rei vindic.* & sic cessant dicta Innoc. *in dicto cap. postulasti* ; & quod etiam dicit Paulus de Castr. *in lege jubemus nullam navem , col. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* & ex quo pro possessione illa contribuit in territorio Segobiensi cum cæteris civibus , juxta leges Regni frui debet fructibus suis , sicut cæteri cives ; *L. secundum naturam , ff. de regul. jur.* & cum in ista L. dicitur de delinquente , quòd subjicitur statuto loci , ubi delinquit. Luuira per gloss. *in dicto cap. à nobis 1. de sentent. excom.* quando statutum prohibet factum illicitum á jure communi , & damnatum: secus si illud de jure communi non esset illicitnm : vide Bald. *in lege jus civile in fine , ff. de justitia , & jur.* quòd quando statuta inveniunt novam materiam , & formam in delictis , ut de conviviis non faciendis , & de non eundo de nocte , & similia. Novitii advenæ non tenebuntur , quia non sunt de genere delictorum : adde eundem Bald. *in lege 1. ff. de legibus, versic. et per hoc solvitur quæstio de adven.* ubi similiter distinguitur , an factum alias : esset illicitum , vel damnatum , seu inculpatum , inter pœnas spirituales , & alias: ita respondens ad ea , quæ habentur *in cap. ut animarum, §. statuta , de constit. in 6.* dixit etiam Bald. *in lege data opera , col. 6. C. que accus. non poss.* Quod quando statuta de nihilo faciunt aliquid , ut cum per statum invenitur novum genus delicti quoad materiam facti , ut quia dicit statutum , quòd non possenr vendi quædam res , vel quòd tricolæ non possint stare prope tabernam, & similia , quæ de jure communi , neque materia, neque forma , neque nomen sit alicujus delicti , tale statntum non ligat advenas , neque novos cives , qui possunt dici Tyrones , & excusantur propter justam ignorantiam.

LEX XVI.

Debet Rex servare legem tanquam facturam suam, & ejus honorem custodire , & populus velut suam vitam, & tutelam , & omnes de populo ad legum observantiam tenentur. Hoc dicit.

(1) *Guardar deue el Rey.* Concordat *cum leg. digna vox, C. eod. & Inst. quibus modis testat. infirme. in fine, C. de testa. L. ex imperfect. L. cum multa , C. de bonis , quæ lib.* & quòd Princeps teneatur ad observantiam legis , tradit plenè Albe. *in leg. Princeps legibus , ff. eod.* probans hoc secundùm Theologos , & Philosophos diversimodè , tamen in hoc tenetur legislator , & subdit : nam subditi tenentur necessitate coactionis , legislator sola voluntate promotionis boni communis : nullus enim imperat sibi , vel cogit se ipsum, *L. penult. ff. de arbit.* sic Princeps non propriè dicitur sub lege , *sed in lege positus* : tantæ enim celsitudini non potest lex imponi , cui Deus, & ipsas leges subjecit Bal. *in cap. 1. de aliena. feud. co. fin.* Quid autem in consuetudine, an liget Principem, vide Andr. de Iser: *in rubrica de consuetud. rect. feudi in quæst. notab.* de qua vi per eum , qui vult , quòd obligetur Princeps consuetudine rationabili : maximè si consuetudo talis sit inducta , sciente Principe dominante , & dicit Bal. *in cap. 1. §. fin. de his, qui feud. dar. pos.* quòd bonæ , & naturales consuetudines ligant Principem , vide Bald. *in cap. 1. de natur. feud. in princip. & de nova forma fide. in versicul. investitura.*

(2) *Desatarlas y a.* Tunc enim jura sua ab omnibus custodienda æstimet , quandò & ipse illis reverentiam præbet: injusta est enim Principum auctoritas, si quod populis prohibent, sibi licere patiuntur: *cap. justum est, 9. dist.*

(3) *Menospreciadas.* Tenetur legislator vitare illud, propter quod lex sua reddatur suspecta subditis , quibus legem imponit , & statuens legem communem , quam non servat , reddit eam suspectam , quod non sit utilis, vel honesta , probatur *in dicta leg. ex imperfecto, C. de test.*

(4) *El pueblo.* Adde *L. 3. C. eod. & cap. 1. de constit.* & si subditi servare nolunt ratio nabilem constitutionem, compelli possunt per superiorem ad eam servandam , ut hic & *23. quæst. 5. cap. de Liguribus,* & tenet Archidia. *in §. leges, 4. distinct. Cardi. in procemio Clementi. in vers. universitati.* Imò & dixit Archid. *in dict. §. leges.* Quòd si populus non vult obedire legibus rationalibus Principis sui, possunt ad hoc cogi per Papam , qui habet plenitudinem potestatis. Si tamen populus ab initio nollet legem recipere , & contra eam sciente conditore , & valente contradicere, & non contradicente, faceret plures actus contrarios , tunc videtur superior acquiescere illi contraventioni , & inobservantiæ , & lex non ligaret , ita dixit glo. & ibi Abb. *in cap. 1. de treuga, & pace , per tex. in dict. §. leges* , & approbant hoc communiter Doct. ut attestatur Felin. *in dict. cap. 1. in princip.* qui plures hoc tenentes refert : in lege enim tacitè videtur actum , ut post promulgationem recipiatur , & si non recipitur, superiore sciente , & patiente, habetur pro non facta ; ex quo superior tolerat , quod non recipiatur : si autem non constaret de scientia superioris , tunc ad inducendum desuetudinem legis non receptæ , ut ipsi præjudicetur, sufficerent decem anni , per quos populus stetit , quòd legem noluit recipere , secundùm Joan. de Imol. & Card. *in dict. cap. 1. de treuga, & pace,* & Præpo. Alexand. *in dicto §. leges, versic. Præpositus* ; prædicta declarando , dicit : Quòd ultra scientiam , & patientiam superioris , quod lex non recipitur ; debet intervenire aliquis actus , ex quo præsumeretur apertè de consensu , & beneplacito superioris : sola enim scientia , & patientia non arguit consensum superioris , cùm multa per patientiam tolerantur , quæ si deducta essent in judicio, non tolerarentur, *cap. jam dudum. de præb.* ex quo verbo inducitur magna limitatio , & declaratio ad omnia supra dicta. Si enim Princeps esset in regno , & sciret desuetudinem suæ legis, & à subditis non recipi , seu à majori parte populi , & ipse cùm valeat contradicere, & jubere legem servari , & inobedientes puniri , & hoc non facit , satis videtur constare de suo consensu , & beneplacito , quòd lex non servetur. Et ista videtur intentio communis doctorum loquentium in ista materia , & isto modo intelligit etiam Franciscus de Aretio *consil. 11. procedendum est breviter, col. 3.* Anton. de Butr. *in cap. quia circa, de consanguinitate , & affinitat.* Si verò aliqua alia concurrant , ex quibus non ita constaret de ejus beneplacito , imò fortè urgeant in oppositum, quod licèt Princeps faciat , & tolerat , non tamen sibi placet , quod fit , imò tolerat fortè propter vitandum scandalum , vel alias , tunc rectè videtur dictum à Præposito Alexandrino , quòd tunc sola scientia , & patientia non sufficiat , sine transcursu decennii : & hoc idem videtur voluisse Joan. de Imola *in cap. cum jam dudum. de præb.* ubi postquam retulit dicta Antonii *in dict. cap. quia circa,* dicit Imola ; se hoc intelligere , quandò saltem per concursum decennii Princeps , qui sciret non observantiam, hoc toleravit , ut sic ex cursu tanti temporis arguatur ejus beneplacitum , quandò alias per actus alios præter tolerantiam non appareret de hoc , & in dubio : ex quo Rex habet notitiam , quòd lex sua non servatur , & non improbat , approbare videtur; *glos. notabil. in leg. quo enim, ff. rem ratam hab. ubi dicit glos. quòd non improbare ratificationi par est.* Adverte etiam , quòd quando lex per omnia disponeret idem quod jus Divinum, tunc nihil levaret non receptio legis , neque desuetudine toleretur , neque posset tolli ; *cap. fin. de consuet.* Innoc. *in Rubr. de consuet.* Abb. & doct. communiter *in dict. cap. 1. de treuga, & pace,* vide Feli. *in 3. declaratione* , per quem poteris videre multa alia , quæ per 8. col. eleganter cumulavit in ista materia: vide etiam per Jas. *in leg. rem non novam , C. de judi.* per Præpos. Alexand. *in dict. §. leges, ubi ponit. 4. conclus. in ista mater.* vide ibi per eos.

(5) *En carrera de muerte.* Quia in libris Regum legitur : Qui non obedierit Principi , morte moriatur , *cap. 2. de majo. & obed.* & tradit Abbas post beatum Thomam, & alios *in cap. nam concupiscentiam de constitution.* quando est certum de mente legis , quod intendit præcipere, tunc certum est , quòd obligat contravenientem ad peccatum mortale , & sic intelligit dictum superius relatum , qui non obedierit Principi , *& cap. quod præcipitur 14. quæst. 1.* aut non constat de mente legis ; & tunc si loquitur per verba præceptiva, tunc obligat contravenientem ad mortale. Nam resistendo superiori , resistitur Deo , *ad Rom. 13. cap. qui resistit , & cap. si dominus , & cap. Julianus 11. quæst. 3.* nisi materia legis non esset necessitativa ; quia tunc verba impropriantur : nam verba deserviunt intentioni , non è contrà. Si verò lex loquatur per verba consultiva , seu exortativa , tunc non obligat contravenientem ad peccatum , *3. distinct. §. hæc, & si legibus , & dict. cap.* quod præcipitur , nisi esset circa consilium reverentiæ, ut notat idem Abb. *in cap. 1. de constit. col. 2.* aut loquitur per verba communia, ut statuo, decerno, vel quid simile, tunc non obligat contravenientem, saltem ad mortale : nam sicut non omnis contraventio legis inducit mortem temporalem , ita non debet inducere mortem æternam : item non omnis transgresio mandati Principis est digna morte , sed quando quis non obedierit Principi, inducendo schisma , per id quod habetur *in cap. denique 7. quæst. 1. Archi. 4. quæst. 1. in summa* , vel quando non obediret in his , quæ tendunt ad vindictam malorum , secundùm glos. ibi & Joan. de Imol. *in dict. cap. 2.* & adde quæ dixi *in dicta lege 16. titul. 13. 2. partit.*

(6) *De creencia.* Infideles ergò subditi Principis Christiani tenentur ad observantiam legis ab ipso promulgatæ, ut hic , & *in leg. Judæi , C. de Judæis , glos. in cap. jus quiritum, 1. dist.* Inno. *in cap. quod super his de voto.* Joannes And. *in cap. gaudemus de divor.* qualiter tamen succedant parentibus suis , vide quæ dixi *in leg. 6. titul. 24. 7. part.* & in hoc juris principio fundatur lex Constantini prohibentis sacrificia , & templa paganorum ; *in lege 1. C. de Pagan. & templ. eorum.*

(7) *Ni de poder.* Graviora facit vitia sublimitas peccantinm ; *cap. nulli fas 25. quæst. 1.*

(8) *Vil.* Sed contra *de leg. quæ adulterium , cap. de adult.* ubi vilitas vitæ non finit quem legum laqueis innodari. Sed responde ut per glos. & Ang. ibi : Quòd ipsa mulier vilis vitæ, non liberatur a pœna legis, sed habens accessum ad eam , quæ meretricio more vivit.

LEY XVII.

Como se deuen emendar las Leyes.

Pracmatica del principio de la Rec. LL. 3. y 7. tit. 1. lib. 2 Rec.

POrque ninguna cosa no puede ser fecha en este mundo, que algun enmendamiento (1) no aya de auer: porende si en las leyes acaesciere alguna cosa que sea y puesta, que se deua enmendar, ase de fazer en esta guisa. Si el Rey lo entendiere, primero que aya su acuerdo con omes entendidos, (2) e sabidores de derecho, e que caten bien quales son aquellas cosas que se deuen enmendar, e que esto lo faga con los mas omes buenos que pudiere auer, e de mas tierras, porque sean muchos de vn acuerdo. Ca maguer el derecho buena cosa es y noble, quanto mas acordado es, y mas catado, tanto mejor es, y mas firme. E quando desta guisa fuere bien acordado, deue el Rey fazer saber por toda su tierra los yerros, que ante auian las leyes en que eran, e como tiene por derecho de las enmendar: e esta es vna de las mejores maneras en que se pueda enmendar. Pero si el Rey tantos omes non pudiere auer, ni tan entendidos, ni tan sabidores, alo de fazer con aquellos que entendiere que mas aman a Dios, y a el, y a la pro de la tiera.

LEY XVIII.

Como las Leyes non deuen ser desfechas sin causa razonable, e como se deue esto fazer.

Ley 8. tit. 1. lib. 2. Rec. Auto 1. tit. 1. lib. 2 Rec.

DEsatadas non deuen ser las leyes, por ninguna manera, fueras ende si ellas non fuessen tales, que desatassen el bien que deuian fazer: e esto seria, si ouiesse en ellas alguna cosa contra la Ley de Dios, (1) o contra derecho Señorio, (2) o contra grand pro comunal (3) de la tierra, o contra bondad conoscida. (4) E porque el fazer es muy graue cosa, y el desfazer muy ligera, (5) porende el desatar de las leyes, es tollerlas del todo que non valan, no se deue fazer sino con gran consejo (6) de todos los omes buenos de la tierra, los mas honrrados, e mas sabidores, razonando primeramente los males que y fallaren, por que se deuan toller; e otrosi los bienes que y son, e que pueden ser. E despues que todo lo ouieren visto, si fallaren que las razones de las leyes tiran mas a mal que a bien, pueden las desatar e toller del todo. E si fallaren que en el bien a vna gran partida, como quier que non yguale con el mal, deuen toller la sobejania del mal, e guardarlo con la bondad del bien, asi que la bondad del bien e de la asperedumbre del mal nazca derecho bueno, (7) e comunal: onde por todas estas maneras que auemos dichas, se pueden desatar las leyes, e non por otras.

LEY XIX.

En que manera deuen ayuntar con estas Leyes las que se fizieren nueuas.

Ley 7. tit. 1. lib. 2. Rec. Ley 3. idem.

ACaesciendo cosa de que no aya ley en este libro, (1) porque a menester de se hazer de nueuo, (2) deue el Rey ayuntar omes entendidos e sabidores, para escoger el derecho, porque se acuerde con ellos en que manera deue ende fazer ley: e desque lo ouiere acordado deuelo fazer escreuir en su libro, (3) e

---

LEX XVII.

Si expediat leges antiquas aboleri, vel mutari, Rex debet id facere de consilio plurimorum sapientum in jure, his qui exprimuntur hic prius consideratis, & abolita per provincias facere publicari. Hoc dicit cum lege sequenti.

(1) *Emendamiento.* Adde quod habetur in procemio Clementina.

(2) *Con omes entendidos.* Vide *L. humanum, C. eod.* & si non servet Rex istam formam, nihil ominus tenebit lex, ut per omnes doctores ibi.

LEX XVIII.

(1) *Contra la ley de Dios.* Adde *cap. nulli fas. & cap. sunt quidam, & cap. omne 25. quæst. 1.*

(2) *Contra derecho señorio.* Potest intelligi, id est, si lex esset contra ea, quæ sunt de supremo dominio Regis, facit *L. legatus, ff. de offic. præsid.* & quæ notat Bart. *in leg. prohibere, §. plane, ff. quòd vi, aut clam.* & Bald. *in leg. 1. versic. in initio, column. penult. ff. de offic. præfe. urbis, versicul. notatamen*, vel intellige, si aliquid statueret alienando, & totaliter se & regibus expropriando aliqua civitate, vel castro regni, *ut in cap. non liceat Papæ 12. quæst. 2. cap. intellecto de jurejur. L. 28. titul. 11. 3. part. tetigi. in leg. 8. titul. 1. 2. part.* allegando consilium Paul. de Castr. *1. volu. cons. 70.* & per Alexandr. *cons. 24. column. fin. volum. 5.*

(3) *Contra grand pro comunal.* Adde *cap. quæ ad perpetuam 25. quæst. 1. & cap. erit autem lex 4. distinct.*

(4) *Bondad conoscida.* Nota benè, & adde *cap. omne 25. quæst. 1. & dict. cap. erit autem lex*, & conferunt, quæ notat Inno. *in cap. inquisitioni de sententia excom.* cùm tractat de injusto præcepto Papæ, & Abbas *in cap. quod super his de major. & obed. & in cap. cum teneamur de præbend. Feli. in cap. si quando, column. 5. de rescript.*

(5) *Desfazer muy ligera.* Adde *cap. inter corporalia, in principio, de translat. Episc. vel electi.*

(6) *Sino con gran consejo.* Vide *L. in rebus, ff. de const. princ. L. minime, ff. de legibus.*

(7) *Nazca derecho bueno.* Ex duobus contrariis fit optimum temperamentum, ut hic, & *in leg. si servos*, ubi etiam Bart. notat. *ff. de pig. actio.*

LEX XIX.

Leges sunt condendæ cum consilio procerum, & peritorum in jure: & debent inscribi in libro regio, & postea in aliis libris per regnum. Hoc dicit.

(1) *En este libro.* Nota hoc verbum ad ea, quæ dixi *in leg. 6. tit. 4. 3. part.* & vide *L. 2. versic. sed quia diviuæ res, C. de veter. jure enucleando.*

(2) *De nuevo.* Concordat *cum lege humanum, C. eod.*

(3) *En su libro.* Ad quem recurri posset pro veritate literæ, si alli depraventur, ut recurritur ad Pandectas, quæ sunt Pisis, ad quas fuit recursum per Bartol. ut ipse testatur *in leg. si creditor, §. 1. ff. de distract. pign.* & etiam *in leg. si ut certo, §. si duobus vehiculum, column. 4. ff. commoda.* Dicit idem Bartol. quòd perscrutatus est Pandectas, ego homunculus ita depravatos reperi in litera libros istos Partitarum, quòd in multis locis deficiebant integræ sententiæ, & in multis legibus deficiebant plures lineæ in ipsa contextura literæ multæ mendositates: ita quod sensus colligi non poterat: in multis una litera pro alia, & ob Dei omnipotentis obsequium, & amorem Patriæ laboravi indefesse antiquissimos Partitarum libros de manu conscriptos revolvens, cum peritis conferens, & dicta sapientum antiquorum, de quibus fuerunt sumpti,

e de si en todos los otros de la tierra sobre que el a poder e Señorio: e las leyes que desta guisa son añadidas e fechas de nueuo, valen tanto como las primeras; o mas, porque las primeras han las vsado los omes tan luengo tiempo, que son como enuejescidas, e por el vso de cada dia reciben enojo dellas. E otrosi, porque los omes naturalmente cobdician oyr e saber, e ver cosas nueuas: (4) e porende los que fazen las leyes, deuen querer el bien e el derecho, que los que ante lo sopieren que lo non estoruen, ni lo dañen los que despues vinieren por desentendimiento. E porende deue catar el que faze leyes, lo de ante y lo despues. E desque destas dos cosas bien cataren, entendera luego lo que es de medio: e las leyes que desta guisa fizieren, an de ser puestas con las otras, e aun adelantadas entrellas.

LEY XX.

Porque razon los omes no se pueden escusar del iuyzio de las Leyes por dezir que las no saben.

Ley 2. tit. 1. lib. 2. Rec.

EScusar no se puede ninguno de las penas de las leyes, por dezir que las non sabe: (1) ca pues que por ellas se an de mantener, rescibiendo derecho, e faziendolo, razon es que las sepan, e que las lean: o por tomar el entendimiento dellas, o por saberlas el mismo bien razonar en otra manera sin leer: ca excusa an los omes en si mismos por muchas de cosas que les contescen, asi como enfermedades, o otras cuytas muchas que passan en este mundo; pero non se pueden escusar que non embien (2) otros en su lugar, que muestren su derecho: e si non ouieren quien embiar, deuenlo fazer saber a sus amigos, que en aquel lugar fueren do se ellos an de juzgar por las leyes, que lo razonen, o lo muestren por ellos, e darles poder como lo fagan: e pues que por si, o por sus mandaderos, o por cartas se pueden escusar, non son ellos escusados por dezir que non sabian las leyes: e tal razon como esta, si la dixeren, no les deue ser cabida.

LEY XXI.

Quales pueden ser escusados por no saber las Leyes.

Vide L. 9. tit. Tam. 7. Ley 2. tit. 1. lib. 2. Rec. Auto 19 tit. 11 lib. 8. Rec.

SEñaladas personas son las que se pueden escusar de non rescebir la pena que las leyes mandan, maguer non las entiendan, ni las sepan al tiempo que yerran, haziendo contra ellas; asi como aquel que fuesse loco de tal locura, que non sabe lo que se faze. E maguer entendieren, que alguna cosa fizo, por que otro ome deuiesse ser preso, o muerto por ello, catando en como aqueste que di-

---

ti, considerans, & quantum potui, veritaem literæ detexi, & suo candori restitui, nullo humano adjutorio concurrente, & ut firmiter credo, cum magis auxilium defecit humanum, tantò largius successit divinum suffragium, a quo cuncta bona procedunt.

(4) *Cosas nueuas.* Omnia nova placent, *ut hic, & in prima constitutione, ff. vete. §. itaque*, & ibi notat Bald.

LEX XX.

Nemo excusatur à pœna, prætextu ignorantiæ legis, Hoc dicit.

(1) *Que las non sabe.* Adde *L. 13. tit. 14. 5. partita*, & hic, & ibi: & *in lege proxima, sumatur in hoc titulus, ff. & C. de juris, & facti ignorantia*: & adde *L. leges sacratissimæ, C. eod. & L. regula, ff. de jur. & facti ignorantia, & L. constitutiones, C. eod.* Leges ergo postquam inclusæ sunt in corpore juris, non licet eas ignorare; item, neque L. novam post duos menses à die publicationis, ut *in authent. ut factæ novæ constitutiones*, & si quis primò eam sciebat, quàm lapsi essent duo menses, tenetur faciendo contra ipsam, argum. *L. fin. ff. de decr. ab ordi. facti. & in cap. 1. de post. præla.* bonus text. *in cap. 1. de concess. præbend. in 6.* item extravagantes publicè notas non licet ignorare, Bal. *in dicta lege leges sacratissimæ*, per quem vide, an in faciente contra legem, præsumatur dolus, vel lata culpa; & quando legis intellectus est dubius, excusatur quis à juris ignorantia: vide gloss. *in cap. unico, in verbo, de cætero, de postul. præla. in 6. dict. L. regula*, & Abb. *in cap. fin. 2. notabil. de constit. & in cap. pastoralis, col. 3. de rescript.*

(2) *Que non embien.* Ut instruatur scilicet per peritiores, ut hic, & *in dicta lege regula, versic. sed juris, ff. de jur. & fact. ignor.* & ut plenius scias quando nocet ignorantia meri juris civilis, distingue: nam aut erratur in judicio ante litem contestatam; & tunc excusat probata causa erroris legitima: *L. is qui se obtulit, ff. de rei vindicat. L. de ætate, §. Celsus, ff. de interrogat. action.* post litem verò contestatam, non excusat, *L. non fatetur*, & ibi Bartol. *ff. de confe. cap. ignorantia*, & ibi Dinus *de regul jur. in 6.* aut erratur extra judicium, & si tractatur de damno evitando, & tunc excusat, *L. juris ignorantia, ff. de juris, & facti ignorantia*, gloss. magn. *in dicta lege regula*, ubi excepit casum *L. error. C. ad L. Falcidiam*: dic tamen in hoc latiùs, secundum Salicetum ibi, quòd aut erratur in eo casu, in quo requiritur dolus verus, & tunc ignorantia juris excusat, *L. si quis in gravi, §. si quis ignorans, ff. ad Syllæ.* aut ubi sufficit dolus præsumptus, vel lata culpa, & tunc siquidem illud jus erat publicè notum verè, vel juris præsumptione: ut quia cucurrerunt duo menses à die publicationis, & tunc juris ignorantia non excusat, ut hic, & *in dicta lege constitutiones.* Si verò non esset notum verè, vel juris præsumptione, & tunc excusat, *L. fin. ff. de decret. ab ordin. facti.* Si verò erretur in eo in quo sufficit levis, vel levissima culpa, tunc non excusat, quia ignorantia juris, cum sit lata culpa, est plus quàm levis culpa. Si autem tractetur de lucro, & tunc si cum alterius injuria, ut per usucapionem non prodest, neque toleratur ignorantia juris, sive potuit consulere peritiores, sive non potuit: *dict. L. juris ignorantia, & L. si fur, & L. numquam, ff. de usucap.* Si verò lucrum, de quo tractatur, non sit cum alterius injuria, tunc distingue, aut non potuit consulere peritiores: & excusat, toleratque juris ignorantia, aut potuit peritiores consulere, & non toleratur, neque excusat *dict. L. regula, vers. sed juris*: & ibi notat gloss. *L. 2. §. fin. ff. quis ordo in bonorum poss. servetur*, fallit in casu *L. si duo, ff. de acquir. hæred.* & de ratione specialitatis, dic ut ibi, minores tamen, vel etiam milites, vel mulieres excusat ignorantia juris civilis, ut *in lege sequent.* & ibi dicam in *glos. 8.* & dicam etiam, quid si erretur in jure naturali, vel quasi.

LEX XXI.

Excusatur stultus à pœna legis ex factis durante furore, vel infamia. Item pupillus minor quatuordecim annis, vel pupilla minor duodecim, in delicto carnis excusantur à pœna legis, nec tenentur etiam ex aliis delictis perpetratis infra decimum annum cum dimidio. Item juris ignorantia excusat militem, dum est in armorum usu: & idem in rustico, & pastore. Hoc dicit.